

S

erenissime ac Potentissime Rex.
Honoratissime Domine Consanguinee, Fili, et Compater.

No 19

S

Ex literis responsionis ad Sacram Regiam Majestatem
Vestram, sub finem proxime elapsi anni, a Domino Duce Cur-
landia, ratione Regionum Instantialium per scriptis, et ex Cancel-
laria Regia copiatiter Nobis communicatis, fusius intellexi-
mus, qualiter modo dictus Dn. Dux, Nobis in Juribus et Bo-
nis Nostris, ob non solutam dotem Doni Nuptialis, et crediti
in Curlandia inscriptis, et hactenus a Nobis quiete possessis, vel
minimum prejuditium adferre, sibi nunquam in animo constitu-
tum fuisse, immo illud potius asseruerit, Ipsum cum Nobis pro inter-
cedente arctioris necessitudinis nexu, semper amicabiliter egisse cum
que in finem nuperrime etiam proventus bonorum Viduivorum,
numerata pecunia, ut ut, illa quocumque Juris Titulo inscripta fue-
rint exemptibilia sint, et Vidua post Transitum ad secundas
Nuptias, neque Jure Germano Principum, neque more Polonorum,
eadem ulterius usurpare valeant, hoc modo solvere, obtulisse, ut
Ipsi libera de bonis predictis postmodum disponendi facultas
relinqueretur, quemadmodum etiam alibi memorat. Dn. Dux, non
solum de deterioratis, ob pessimam dispositionem Praefectorum
Nostrorum, predictis bonis, et eorundem ad Nos perlatis rela-
tiones, sed etiam rebus Curlandicis, Regionem tunc adhuc detentis
et obceratis, quarum plenariam extraditionem, cum res arci-
tionem etiam damni, pie defunctus Rex Prussia ante obitum
suum imperaverit, conquestus fuerit, de cetero vero conten-
derit, impossibile tunc fore, praeensiones haece Nostras
quas Exteris Potentiis cum magna factura in aggravationem
Domini Ducis, quondam cedere voluerimus, delebere, cum primis

quod Ipsi
e e e e

quod Ipsi condigna subsistentia, partim non superis, partim
 vero et Nos ad reddendas prius rationes teneremur, atque
 plus ex predictis bonis, intra quindecim annorum spatium
 reddituum perceperimus, quam per dotem 40000 Thalerorum
 intulerimus.

Non vero vanas Nos de Pretensa hac ademptione bonorum
 suspitionis habuisse causas, ac proinde nec falsas fuisse
 Praefectorum Nostrorum de super. emissas Relationes, tam
 ex communi rumore in Curlandia et aliorum locorum tum
 temporis orto, et de quo etiam per externos, fide omnino dignos
 Viros, certiores facti sumus, abunde constabat, ut silentio prete-
 reamus, hanc ipsam Domini Curlandia Ducis voluntatem, re-
 spectat, non incognitam fuisse, Eam sane et facta et attentata
 a modo dicto Domino contra expressum Tenorem pactorum No-
 strorum Dotalitium commissa, evidenter evincere potuerunt.

Sacram Regiam Majestatem Vestram non fugit, per nunc allega-
 ta a gloriosissimo Rege Polonia Johanne Tertio et Inclita
 Republica confirmata Pacta dotalia, Nobis non solum Pro-
 ventus ex bonis hypothecatis et in iisdem nominatis, annu-
 alim obvenientes, sed et cum ipsis fructibus, exercitium
 Jurisdictionis tam Civilis, quam Criminalis, simul
 relatum fuisse.

Notum quoque in Curlandia est, Praefectos Nostros quam Plu-
 rimos hucusque actus Jurisdictionales nomine Nostro exercuisse
 et quotidie adhuc exercere, Notum itidem ipsi Domino,
 Duci est, et ex Instrumento Intromissionis die 24. Sept.
 1698, Grobini confecto apparet, inter redditus Rosce, etiam
 fructus ex sylvis provenientes comprehensos, et eos, qui iis
 colligendis praesunt, ad tradendos Nobis illos cum annuis ratio-
 nibus Jurata fide obstrictos fuisse.

Verumtamen Dominus Curlandia Dux documentis et In-
 scriptionibus huius, prorsus contraria, huc usque agere coepit,
 dum sub obtentu quadrularum a subditis contra Praefectura

Ein Schrunden.
 E e e e

in Schrunden allatarum, certos Commissarios ad inquirendum nominavit, Insuper et Camera sua Curlandica in mandatis dedit, ut fructus sylvarum sibi in posterum solvere, rationesque desuper praeberet, curet;

Et quamvis Domino Duci amice representaverimus, Ordinationem Commissionis in Praefectura Schrunden non posse non in manifestum praesudicium nostrum versere, cum primis, quod Quaeula a Subditis contra Praefectum nostrum mota, ita constituta, quod illa a nobis vi concessa Jurisdictionis unice di, judicanda et per officiales nostros jam jam sopita sint, quibus Divisionibus etiam ipse met actores acquieverint, Nullus tamen a Domino Duce acquisitis hisce, in partibus dotalibus fundatis, demonstrationibus, relictus est locus. Quae omnia certe arguunt, Ipsum nihil magis, quam de usurpanda sensim possessione bonorum hypotheca Jure Nobis affecto, rum, cogitasse; Et animi ejusdem luculento Testimonio est declaratio ab Eodem in literis suis memorata, qua, ut ambo meliores Praefecturas Schrunden et Grobin, cum omnibus inscriptis Juribus, oblata per annum certa pecuniae Summa, dimittamus, iteratis vicibus, petiit. Quam parum vero, Rebus nostris hoc modo, quo illae non finirentur, sed magis disturbarentur, consultum fuisset, prolixè hic enarrare nunc super sedemus. Illud modo addimus, saepe dictum Ducem in eo erronea mentis esse, dum Dotalitium nostrum per transitum ad secunda Vota, tam Jure Germanico Principum, quam more Polonorum, penitus exspirasse, opinatur.

Non arbitramus necesse esse Jura ista Provincialium Germanicarum sigillatim deducere, quibus statutum: ut Uxor non amittat Dotalitium a priori Marito constitutum, sed illud ad secundum vel etiam Tertium Maritum adferat, qui illo ad vitam usque Uxoris fruuntur, aut Mores Polonorum hoc in casu attingere, cum illud, unicum ad Conservationem Juris nostri Dotalitii sufficere possit, Doctrinam a Dno:

Duce
Cee

Duce citatam, aliter locum habere non posse, nisi et pro
 restituta dos, et Vidua transiēti ad secundas Nuptias
 hunc dotis, doni matutinalis, aliarumque in pactis dotalibus
 fundatarum pratenfionum, plenarie satisfactum fuerit. Porro
 huic fundamento accedit, qualitas Juris pignoris et hypothecae
 qua ejus conditionis est, ut non nisi reali solutione debita
 facta, expiret.

Meminerit Dominus Curlandia Dux Ippsum Tutorio nomine
 cum supremis Consiliariis Omnia bona Nobis in dotalitium
 concessa et assignata, per certos Commissarios praescribi
 atque estimatis eorundem proventibus ad 10800 Thaleros
 retentisq; Minorenni tunc Duci Filio Nostro in Vita
 Charissimo centum octo Thaleris, residuum decem mille
 Thalerorum Nobis per singulos annos tribui, sicq; peracto
 super Mitavia die 18. Aprilis 1698. peculiari Instrumen-
 to Immissionis, pacta nostra dotalia, de novo quasi confirmari
 iussisse; Unde nullo Juris colore Domino Duci, facta
 proprio tunc Tempore, qua Tutor gesto, nunc qua Principe
 Regente contravenire, aut nos, antequam plenariam ob-
 nuerimus satisfactionem Juribus hypothecae, Nos facti Via
 destituere permissum erit;

Nec majori nititur fundamento istud assertum, quo Feudum
 Regium per Pessimam administrationem Praefectorum
 Nostrorum, in deterius in dies viri, sustinetur. Omnibus
 in Curlandia patet, Nos ante biennium, et quod excurret
 Nobilem Cubicularium Nostrum de Vitingshoffen ex Curlan-
 dia oriundum, in eam cum Consiliario quodam aulico nos-
 tris magnis sumptibus hoc mandato ablegasse, ut in actiones
 Praefectorum Nostrorum inquirerent, subditos, si quas iustas
 conquerendi causas haberent, audirent, et querelas istas, pro
 ut iustitia, aequitas, statuta et consuetudines Curlandicae
 stularent, deciderent, Praefectos ad rationes reddendas ob-

Fringerent

fringerent, Et uno verbo id agerent, ut ordo Iustitiae et aequi-
tatis in omnibus restauraretur, nec uni vel minimo forte
pregravato subdito iusta quarulandi causa relinqueretur.

Cumque postea compertum habuerimus, quod Praefectus in
Schanden officio suo defuerit, subditosque modo iniquiori molesta-
verit, Cum ab officio demissimus et Iustitiam hac in Parte,
per praedictum Consiliarium Aulicum nostrum, qui adhuc in
Curlandia imperis nostris deget, ita administravimus, ut subdi-
ti Eius Praefectura, prouti ipse ad nos non ita pridem retulit,
ordinationibus hinc nostris admodum contenti fuerint.

Non erit igitur quicquam, quod deteriorationis feudalis nostrae
permisum, aut praescriptum peracta, Iure incusari, potuerimus.

Quod ad Res argentarias Regiomontani in hunc usque diem
jussu pie defuncti Prussiae Regis Dni. Fratris nostri, dum vixe-
rat, Honoratissimi detentas, attinet, eas, utpote ad allodium
defuncti Filii nostri pertinentes, Iure nobis, tanquam legitime
bonae Heredis vindicare, nec prius etiam, in earundem retra-
ditionem consentire valeamus, nisi prius a Domino Cur-
landiae Duce, praedicta Vasa argentea et reliquas res pretio-
sas, vel ad Domum ducalem immobilium et non alienabilium
loco, vel ad ipsummet Dominum Ducem, proprietarie, prouti pra-
tendit, pertinuisse legitime edoctum fuerit, Siquidem Confirma-
tio a Notario quodam super rebus istis, ad manus nostras
huc missa, nihil eorum edicit, aut continet.

Nec recordamur etiam, nos in praedictum Domini Ducis praten-
siones hasce nostras, cum damno aliquo notabili ad Exteras
Potentias transferendi in animum induxisse, nec nunc etiam
Temporis etiamque commoda sese offerret occasio talia statueret
Circumstantia nostra, quin potius eas in Iustitia et aequitatis Regulis
ita fundatas esse censemus, ut ejusmodi jacturam facere, plane
opus non sit.

Miramur vero, quod Dominus Dux Curlandiae, illud, quod ultra

quindecim
C

quindecim annorum spatium, plus proventuum, computatis de
 cem de centum acceperimus, aut accipere potuerimus, quam de
 loco exsoluerimus, inferere non erubuerit, cum rationes annua
 fectorum nostrorum aperte demonstrant, nos injuria temporum
 belli et pestis ab multis hinc annis insecuta, ne quidem dimi
 diam partem assignatorum, decem millia Thalerorum, annua
 atim percipere potuisse. Illud enim et nostro et proprio
 Domini Ducis commodo celsisset, nosque etiam summam ha
 optima fide percipissemus, cum nunquam in mora accipiendi
 id quod nobis debetur, sed potius ex adverso Domini Curia
 dia Dux, preteritis omnibus ad exsolutionem debiti hujus, ad Cur
 dem perlatis precibus nostris, penes quem etiam damnum hoc
 propria ipsius culpa perpeffum remanere debisset, in mora
 solvendi fuerit.

Quandoquidem vero ante omnia opus Liquidationis et rationu
 reddendarum perficiendum, et postmodum de modo solvendi de
 mum cogitandum erit, cujus ratione nos luctuoso Rerum
 Curlandicarum praesenti statui, quantum Res proprie
 Nostra patientur, accomodare, nunquam recusavimus.

Ita Sacram Regiam Majestatem Vestram obse
 quiose rogamus, dignetur Domino Curlandia Duci scribi
 mandare, ut rejectis omnibus exceptionibus, qua vel
 nihil momenti habent, vel inutiles impedimento esse po
 terunt, Liquidationis negotium in obsequium nuperorum
 Instantialium, cum nobis sine ulteriori mora ad man
 sumat, in eoque ita se gerat, quo istud amicaliter, pro
 Principes tam aeterni sanguinis vinculo junctos, decet, con
 poni possit, nec nos in sequiore casu adgeremus, Re
 giam Authoritatem et auxilium, amplius hu
 millime implorare.

Quod reliquum est, Sacram Regiam Majesta
 tem Vestram Divini Numinis Tutela, Nosque

favori
 C. C.

Favori et gratia sua Regia omni decenti cultu venera-
tionis commendamus. Dabantur in arce nostra
Elisabethenburgi die secunda mensis Aprilis. 1714.

Sacra Regia Majestatis vestra

Obsequiosissima Consanguinea
et Sorella
Elisabetha Sophie Margravina
Brandenburgica Vidua

Ad
Regis Poloniae Majestatem.



Serenissimo ac Potentissimo Principi Domino, Sive
 Serico Augusto, Regi Poloniae, Magno Duci, Lithuanie
 Prussiae, Rutheniae, Moldaviae, Samogitiae, Kyoviae, Vol-
 hyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Schmotenciae
 Severiae, Cerniechoroviae; Duci Saxoniae Juliae, Mi-
 niae, Bergae, Westphaliae, Sacri Romani Imperii
 Archi-Marschallo et Electori, Landgravo Thuri-
 ngingiae, Marchioni Misniae Superioris, ac Inferis.
 no; Lubatiae, Burgundiae, Marchionibus, Palatinibus,
 Comitibus Hennebergiis, Comiti de Mantua et Ha-
 venburg, Dynastis ibi Saavensheim. Gemino Con-
 sahuquico, Filio et Imperatrici suo honoratissimo.
 Warsaviae.